

HENNINGI ARNISÆI
Halberstadiensis

DE JURE CON-
NUBIIORUM

COMMENTARIUS
POLITICUS

IN QUO

PLERÆQUE, QUÆ CIRCA SPON-
SALIA ET NUPTIAS MOVERI SOLENT CON-
TROVERSIÆ A THEOLOGIS, JURIS, ET PHILOSOPHIS,
Politiciis argumentis, suo quæque loco, disputan-
tur & deciduntur.

CVM DVPLICI INDICE CAPITVM ET RERVM
verborumq. memorabilium.

ex libris P. Petri Marca

*Opus prohibi-
bitum.*




*Ex dono P.
Petri Marca*

ARGENTORATI.

Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI.

ANNO M. DC. XXXVI.

del. col. P. de Salam. & in Libreria




ILLUSTRI AC GENEROSO
DOMINO

DN. ALEXANDRO SIGIS-
MUNDO L. B. A ZEDLITZ
& Newfirch / In groß Leßlau/
Logau / &c.

RECTORI ACADEMIÆ FRANCO-
furtanæ pro tempore Magnifico
Domino suo Gratiolo



*Vi laboribus suis, quos pnblici juris faciunt,
Magnorum virorum nomina prescri-
bunt, & quemadmodum solent, qui pere-
grè adventantes hospites allicere cupiunt,
insignia principum in vestibulo, tâquam
hederas, suspendunt, non omnes unâ ratione ducuntur,
dum alii patrocinium querunt, alii benevolentiam
demereri, alii gratiora lectori ea opera facere student,
quorum oras specioso proloquio & tacita prescripti
Meccenatis commendatione illinunt. Sunt, qui aliud
aucupentur, quod nec mihi dicere, nec philosopho spe-
ctare fas est. Me, si rationem postulas, Illustris & Ge-
nerose Baro; Rector Magnifice, quâ per motus hoc Po-
litices primordium, tua Generos. offerre in animum
induxerim, quanquam per se, absq; omni alio fucio sit,
splendidum putavi, si vetustum Czedlitiæ gentis, & fe-
licibus Rudolphi II. sacratiss. memoria, auspiciis, in a vo*



DE JURE CONNU- BIORUM.

CAPUT PRIMUM.

De necessitate, Utilitate & dignitate Conjugii.

SUMMARIA.

1. Matrimonium esse principium familiae & Reipubl.
2. Quare Politicus & legislator de nuptiis rite ineundis diligenter sollicitus esse debeat.
3. Incommoda conjugii.
4. Quae ratione incommoda haec sint declinanda.
5. Vtrum cives à Magistratu ad ineunda conjugia compellendi.
6. De finibus conjugii.
7. De caelibatu Pontificio & dignitate conjugii.

SECTIO I.

Matrimonium esse principium familiae & Reipub.

1. Primo loco quarendam uxorem.
2. Phœnicum sententia, qui Bovem primo loco quarebant.
3. Montecaini sententia, utramque societatem aequè primam statuens.
4. Sententia Cornani & Avia.
5. Duas quidem societates esse aequè necessarias.
6. Sed conjugalem primam esse & ex praescripto natura precedere.

I.

PRINCIPIUM FAMILIAE, ET, ut loquitur Cic. 1. offic. seminarium Reipubl. est conjunctio maris & feminae, quam Romani matrimonium vocant. § Jus naturale. Inst. de jur. nat. gent. & civ. l. 1. §. jus naturale de just. & jur. Musonius apud Stobaeum. Nuptias vocat constitutionem domus: ἀρχὴ μὲν οὖν περιβολῆς γὰμ. Domum enim Hesiodus 2. oper. & dier. primùm: mox uxorem, & demum Bovem, seu servum quarebat, à cujus sententia licet Phœnices dissentirent, qui, referente Ammonio apud Plut. lib. 7. Symp. c. 1. primas tribuebant Bovi, eumque inde ἀλφα vocare solebant: Tamen Hesiodi consilium magis arridet Aristot. 1. Oeconom. c. 2. & nobis mariti & uxoris societas, tanquam fundamentum totius familiae primo loco explicanda videtur, cum requiratur primò ad primarium familiae finem, qui est procreatio sobolis.

Matrimonium
principium
est familiae
& Reipub.

2.

A

Monte-